



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

3. De impedimento publicæ honestatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

38. *Es quoque cognatio, que ex Confirmatione, &c.]* Dispositionem huius decreti militare in cognatione orta ex Confirmatione, sicut militat in cognatione orta ex Baptismo, excepto tamen quod in Confirmatione adhibendus sit vnus tantum patrinus, ex d. cap. fin. de cognat. spir. resoluunt Sanchez d. lib. 7. disp. 57. nu. 9. Piafec. in praxi Episcop. p. 1. cap. 3. num. 4. in fine. pag. 73. Rebello d. lib. 3. quæst. 6. num. 6. ad fin. Bonacina d. §. 2. num. 31. Fernandez in examine Theolog. moralis, p. 3. cap. 3. §. 6.
39. Patrinum in Confirmatione debere esse alium ab eo, qui tenuit in Baptismo, aduertit Chamerot. de Sacrament. vbi de Confirmat. cap. 7. dub. 2. vers. debet, quem refero d. alleg. 30. num. 51.
40. Quamuis vnus non possit in Confirmatione tenere vltra duos eadem die, vt in Pontificali, tamen quando verè constat volentem tenere esse aliquem virum pro-

bum, maxime Curatum, aut senem, in quo iudicio Episcopi cessat præsumpta malitia, & voluntas contrahendi cum filia spiritali, vel eius matre, propter imparem conditionem, non peccare Episcopum si permittat tenere vltra duos, resoluit Marc. Anton. Genuens. in manuali Pastorum, cap. 54. num. 6. quem refero d. alleg. 30. num. 52.

Omniibus inter alias personas, &c.] Per hæc verba censei sublatum Catechismum, seu cognationem quandam spiritualemente natam ex catechizatione, affirmant Sanchez d. lib. 7. disput. 10. nu. 10. cum sequentib. Petr. de Ledesma d. e. 17. conclus. 1. dub. 1. & conclus. 6. dub. 4. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 190. Rebello d. p. 2. lib. 3. quæst. 18. num. 20. cum seqq. Gutierrez de matrim. cap. 84. per tot. Bonacina d. §. 2. nu. 3. Molfet. in summ. Theolog. moral. tract. 4. cap. 10. nu. 12. late Io. Valer. Reginald. de different. inter vtrumque forum, verb. Baptismus, differ. 2. num. 2. cum seqq.

De impedimento publicæ honestatis.

C A P V T III.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Pius V. peculiarem declarationem edidit super hoc decretum.
- 3 intelligitur tantum de honestate orta ex sponsalibus.
- 4 Impedimentum publicæ honestatis oritur ex omnibus sponsalibus quacunque ratione irritis, quando ipsa publica sunt, & nullitas occulta.
- 5 Impedimentum publicæ honestatis non nascitur ex sponsalibus nullis.
- 6 Nec oritur ex sponsalibus ore tenus factis absque consensu interiori.
- 7 Nec ex sponsalibus validis, mutuo tamen consensu dissolutis.
- 8 Nec ex sponsalibus conditionatis ante aduentum conditionis.
- 9 Nec ex sponsalibus contractis à parentibus nomine filiorum sine eorum consensu.

- 10 Impedimentum publicæ honestatis oritur tantum ex sponsalibus cum determinata persona, & ex absolutis siue à principio, siue postea completa conditione, & tantum ex validis.
- 11 Impedimentum publicæ honestatis oritur ex sponsalibus per verba de presenti, & nulliter contractis omissa forma Concilij.
- 12 Impedimentum publicæ honestatis consurgens ex sponsalibus validis hodie non excedit primum gradum.
- 13 Iustitia quæ ex matrimonio rato dirimit matrimonium vsque ad quartum gradum.
- 14 Impedimentum oritur ex quocunque matrimonio rato, etiam irritum ex quacunque causa, dummodo non sit irritum ex defectu consensus.
- 15 Impedimentum publicæ honestatis quando simul concurrat cum impedimento affinitatis, vtrumque in dispensatione est explicandum.
- 16 Alias dispensatio est subreptitia.

Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, a vbi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit: vbi autem valida fuerint, & primum gradum non excedant: quoniam in vltioribus gradibus iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispensatione obseruari.

1. **V**ide Henriq. in sum. lib. 12. cap. 10. §. 2. Fr. Emman. etiam in sum. tom. 1. cap. 234. num. 4. Veg. in sum. tom. 2. cap. 34. casu 16. Petr. de Ledesma de matrim. quæst. 55. art. 4. dub. 1. & in sum. p. 1. de Sacramento, vbi de sacramento matrimonij. cap. 15. conclus. 9. cum seqq. & cap. 16. per tot. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 68. num. 10. cum seqq. Franc. Leon. in thesauro fori eccl. p. 2. cap. 9. num. 89. cum seqq. Farin. in praxi crimin. part. 5. quæst. 149. num. 160. cum seqq. Rebello de obligat. iustit. p. 2. lib. 3. q. 14. & lib. 4. in fine, in appendice num. 97. cum seqq. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarreg. lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim. num. 85. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 31. cap. 18. num. 126. cum seqq. Agid. de ConincK de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 32. num. 58. cum seqq. Fernandez in examine Theolog. moralis, p. 3. c. 16. §. 2. sect. 10. Gutier. de matrim. cap. 103. Bonacin. in simili tract. 9. puncto 11. num. 9. cum seqq. Basil. Pont. in eodem tract. lib. 7. cap. 36. Gasp. Hurtado in eod. tract. disp. 21. Molfet. in sum. Theolog. moral. tract. 4. cap. 10. num. 92. cum seqq. Sancta-rel. var. resol. lib. 1. q. 56. Torrelanca de iure spirit. lib. 2. c. 15. num. 94. cum seqq. metipsum de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 51. num. 174. cum seqq.
2. Super hoc decretum emanauit Motu proprio peculiari declaratione sanctæ mem. Pij V. incip. Ad Romanum, de anno 1568. vbi ita habetur. Auctoritate Apost. tenore præ-

sentium declaramus, & definimus, decretum Concilij huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio, sic, vt presertur, contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat, referunt Nauarr. in man. capitulo 22. numero 57. Henriq. dict. capitulo decimo, §. 2. Valent. tom. 4. disputat. 10. questione quinta, puncto 3. Sanch. dict. libro 7. disputat. 70. numero 5. Rebell. d. parte 2. libro 4. in appendice, num. 98. Farin. dict. questione 149. numero 161. Valer. Reginald. d. libro 31. num. 128. Agid. de ConincK d. tom. 2. disput. 50. num. 70. conclus. 3. Ego ipse d. allegat. 51. num. 182.

Vbi sponsalia, &c.] Intelligi tantum de honestate orta ex sponsalibus, declarat Pius V. in d. Motu proprio, incip. ad Romanum, ex eoque colligunt Valent. dict. puncto 3. §. honestas, Petr. de Ledesma de matrim. questione 55. articulo 1. prope fin. Fr. Emman. dict. tom. 1. capitulo 234. Henriq. d. lib. 12. capitulo 10. §. 2. Sanch. d. libro 7. disputat. 68. numero 10. cum seqq. Bonacin. de matrim. quæst. 3. puncto 11. num. 10.

Impedimentum publicæ honestatis oriri ex omnibus sponsalibus quacunque ratione irritis quando ipsa publica sunt, & nullitas occulta, tenent Nau. in man. c. 22. num. 57.

- num. 57. Aegid. de Coninck *dist. disputat.* 32. num. 69. Valer. Reginald. *dist. libro 31. num. 127.* Ego ipse *d. allegat.* 51. num. 187.
5. Ex sponsalibus metu, aut errore personæ, vel à destituito sufficienti ratione contractis, ideoque nullis, nullum nasci publicæ honestatis impedimentum, asserunt Rebello *d. quest.* 14. num. 5. Valer. Reginald. *d. lib. 31. num. 127.* Aegid. de Coninck *d. q. 32. num. 61.* Gutier. *d. cap. 103. num. 18.* Ego ipse *d. alleg. 51. num. 184.*
6. Impedimentum hoc publicæ honestatis non oriri ex sponsalibus oretenus factis absque consensu interiori, tenent Nauarr. *d. cap. 22. num. 57.* Petr. de Ledesma *d. q. 55. art. 4. vers. nihilominus.* Bonacin. *d. puncto 11. num. 3.* Gaspar Hurtado *de matrim. disp. 21. diffie. 1. num. 3.* Ego ipse *d. alleg. 51. num. 183.*
- Contra Henriq. *d. lib. 12. cap. 10. §. 3.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 68. num. 3.* Basil. Pont. *de sacram. matrim. lib. 7. cap. 36.* existimantes oriri in hoc casu quando defectus consensus non constat exterius.
7. Ex sponsalibus validis, mutuo tamen consensu dissolutis, non oriri hoc impedimentum publicæ honestatis, referunt decimum Gutier. *d. cap. 103. num. 11.* Rebello *d. p. 2. lib. 3. q. 14. num. 2. & in declarat. Cardinal. sect. 5. nu. 99.* Armendar. *d. l. 1. de matrim. num. 86. & 72.* Gaspar Hurtado *d. disp. 21. diffie. 1. num. 5.* Ego ipse *d. alleg. 55. num. 188.*
- Contra Sanch. *d. lib. 7. disp. 68. num. 21.* Bonacin. *d. puncto 11. nu. 7.* existimantes impedimentum publicæ honestatis contractum ex sponsalibus validis & certis, non cessare quando sponsalia dissoluntur mutuo contrahentium consensu.
8. Ex sponsalibus conditionatis ante aduentum conditionis non oriri huiusmodi publicæ honestatis impedimentum ob defectum consensus, qui suspenditur vsque ad illius euentum, tenent Petr. de Ledesma *d. cap. 15. conc. 9. dub. 2. in fine.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 69. nu. 3. & 21.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. nu. 129.* Aegid. de Coninck *d. disput. 62. num. 61.* Gutier. *cap. 103. num. 19. & 20.* Bonacin. *d. puncto 11. num. 5.* Ego ipse *d. alleg. 51. num. 185.*
9. Ex sponsalibus contractis à parentibus nomine filiorum sine eorum consensu non oriri impedimentum publicæ honestatis, resoluunt Sanch. *d. lib. 7. disp. 68. num. 18. & 19.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. num. 129. vers. aduerte quinto.* Ego ipse *d. alleg. 51. num. 186.*
10. Et colligendo supra dicta Gaspar Hurtado *d. diffie. 11. in fine.* concludit impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, quod ex sponsalibus oritur, tantum oriri ex sponsalibus cum determinata persona, & ex absolutis, siue à principio, siue postea completa conditione, & tantum ex validis, & non ex nullis, siue ex defectu consensus, siue ob aliquod impedimentum, quamuis occultum, siue quia sunt dissoluta, siue mutuo consensu, siue quia alter resiliuit.
11. Impedimentum publicæ honestatis oriri ex sponsalibus per verba de presenti, & nulliter contractis, omnia forma Concilij Trident. *suprà hac sess. cap. 1.* refert decimum Armendar. *d. l. 1. de matrim. num. 87.*
- Ex sponsalibus per verba, *promitto te ducere in uxorem, si factis denunciationibus non apparebit aliquod impedimentum,* minimè oriri impedimentum publicæ honestatis refert decimum Armendar. *d. l. 1. de matrim. num. 90.*
12. *β Primum gradum non excedant.* Impedimentum publicæ honestatis confurgens ex sponsalibus validis hodie non excedere primum gradum per hoc decretum, notant Petr. de Ledesma *d. quest. 4. §. art. 4. dub. 1. Veg. in summ. tom. 2. cap. 34. casu 16.* Fr. Emman. etiam *in summ. tom. 1. cap. 234. num. 4.* Aegid. de Coninck *d. disput. 32. dub. 5. num. 70.* & plures citati à Sanctarel. *var. resol. lib. 1. quest. 56. num. 4.* Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 8. num. 53.* vbi refert *in vna Caietana 27. Iuly 1629.* fuisse concessam dispensationem celebrandi matrimonium, non obstante impedimento iustitiæ publicæ honestatis in primo gradu, à tenta copula subsequuta, propter quam mulier infamata remanebat, & stante quò ad copulam deuentum non fuerit sub spe faciliorem redeundi gratiam dispensationis, & in forma pauperum vt petebatur, & iniunctis pœnitentijs salutaribus.
- Ex matrimonio rato, non consummato minimè oriri affinitatem, sed iustitiam publicæ honestatis dirimentem matrimonium, declarauit Pius V. *in d. Motu proprio, incip. ad Romanum, & refert Gaspar Hurtado de matrim. disput. 21. diffie. 2. in princip.*
- Iustitiam ortam ex matrimonio rato dirimere matrimonium vsque ad quartum gradum, sicut iure antiquo, refertur decimum Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 9. num. 92.* Piafec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 4. num. 34.* Armendar. *d. l. 1. de matrim. num. 89.* Rebello *d. part. 2. lib. 4. in appendice num. 106.* Gutier. *de matrim. cap. 103. num. 24.* Sanctar. *d. quest. 56. nu. 5.* Gaspar Hurtado *d. disput. 21. diffie. 2. num. 7.* Ego ipse *d. alleg. 51. num. 175.* Et refert Aldan. *d. tit. 8. nu. 55.* dispensationem concessam fuisse *in Nouen. 17. Nouembris 1629.* pro matrimonio mulieris cum fratre mariti defuncti stante matrimonio rato, & non consummato, & quòd mulier post mortem viri cognita fuit, & pregnans reddita ab huiusmodi fratre cum periculo necis, & infamiæ.
- Contra Ouand. *in 4. distinct. 41. questione vnica in fine.* Ludouic. Lop. *instr. conscient. part. 2. vbi de matrim. capitulo 50.* Tolet. *in instr. sacerdot. lib. 7. cap. 10. in fine.* existimantes hoc impedimentum proueniens ex matrimonio rato esse per Concilium Tridentinum, restrictum ad primum gradum, sicut impedimentum quod oritur ex sponsalibus.
- Impedimentum hoc oriri ex quocunque matrimonio rato, etiã irrito ex quacunque causa, dummodo non sit irritum ex defectu consensus, docent Sanch. *d. lib. 7. disput. 70. num. 5.* Rebello *d. part. 2. lib. 3. quest. 14. num. 2. & lib. 4. sect. 5. in declar. nu. 101.* Sanctarel. *d. q. 56. a. n. 6.* Gaspar Hurtado *d. diffie. 2. num. 7.* Bonacin. *d. puncto 11. num. 11.* vbi *num. 12.* resoluunt ex matrimonio rato amentum, vel puerorum non confurgere impedimentum hoc, refert Ego ipse per *d. alleg. 51. num. 177. & seq.* Et addit Gaspar Hurtado *d. diffie. 2. in fine.* ex matrimonio rato conditionato conditione de futuro suspendente consensum non oriri hoc impedimentum ante impletionem conditionis.
- Quando impedimentum publicæ honestatis simul concurrat cum impedimento affinitatis, in dispensatione (quam solus Papa præstare potest) vtrumque impedimentum explicitè, vel saltem implicitè in petitione explicandum esse tenent Couarr. *de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 7.* Henriq. *d. cap. 10. §. 3.* Bonacin. *d. puncto 12. nu. 22.* Ego ipse *d. alleg. 51. num. 176.*
- In hac enim dispensatione esse omnia impedimenta referenda, alioquin dispensationem esse subrepticam, & inualem, asserunt Petr. de Ledesma *in summ. part. 1. vbi de Sacram. matrim. cap. 27. concl. 6. diffie. 1.* Mandos. *de signatura gratia, in tit. dispensationes matrimoniales, in fine vers. reliquum est.* Menoch. *de arbit. casu 203. nu. 12.* plures alij, quos refert & sequitur Sanctarel. *d. lib. 1. q. 65. a. princ.*

De affinitate ex fornicatione contracta, quæ tantummodo vsque ad secundum gradum dirimit matrimonium postea contractum.

C A P V T I V.

1 Doctores de materia cap. agentes.

2 Affinitas ex copula fornicaria iure nature sequitur.

3 Affinitas ex copula fornicaria contrahitur inter infideles.

4 Infidelis